

E#H E#84

23.

22

BV4655  
.S2  
1738  
v.2  
c.1



1080045752

SANCTI  
 SANCHEZ  
 COCUBENSIS  
 PRAECEPTIS  
 DECALOGI  
 TOMUS SECUNDUS  
 DE STATU RELIGIOSO STATU AC PROPHETIA  
 Hinc inde scriptus a Sancto Sanchez, Sacerdote & Confessori  
 Venerabilis Patris & Cardinalis Sancti Hieronymi  
 Praeceptorum Decalogi Tomus Secundus

[Faint, mostly illegible text on the left page, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in columns and appears to be a continuation of the religious or legal treatise found on the right page.]

[Faint, mostly illegible text on the right page, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in columns and appears to be a continuation of the religious or legal treatise found on the right page.]



R. P. THOMÆ  
**SANCHEZ**  
**CORDUBENSIS**


E Societate JESU,

D E

**PRÆCEPTIS**  
**DECALOGI**  
**TOMUS SECUNDUS,**

IN QUO DE RELIGIOSO STATU, AC PROFESSIONE,  
deque tribus solemnibus Castitatis, Obedientiæ, & Paupertatis  
votis, accuratissimè ad extricandos dubiorum nodos differitur.

*CUM DUPLICI INDICE UBERRIMO: ALTERO CAPITUM  
quæ hoc opere continentur; altero rerum scitu digniorum.*



59588

VITERBII, MDCCXXXVIII.

Sed prostant

**VENETIIS**  
Apud **NICOLAUM PEZZANA.**

R. P. THOMAS  
SANCHES  
CORDUBENSIS

E SOCIETATE I. E. S. U.

D E  
P R A E C E P T I S  
D E C A L O G I  
T O M U S S E C U N D U S

IN QVO DE RELIGIOSO STATU AC PROFESSIONE  
hæc tria solenniter Castitatis, Obedientiae, & Paupertatis  
vota, accuratissime ad extrinsecas rationes diligenter  
cum duplici indice operum: altero capitula  
quæ hoc opus continent, hæc totius libri distinctio.



ALIBI MDCCLXXVII

221

V E N I T I S

Apud NICOLAUM PERNANDEZ

## RELIGIOSO LECTORI.

**P**rodit in lucem, RELIGIOSE LECTOR, in Decalogi præcepta Volumen Patris Thomæ Sanchez. Si ordinem spectes, secundum; si indefessum Auctoris studium, iudicii que maturitatem in re difficili enodanda consideres, nulli secundum, sed qualia sunt cætera tanti ingenii monumenta, inter prima numerandum. Posthumus quidem partus est, sed non suppositus, nec degener; Facile enim acris parentis acumen, facile reconditam eruditio nem, & operosam in scribendo facilitatem, quavis ex pagina, sine errore deprehenderes, quamvis tacito Auctoris nomine in vulgus daretur. Egit ille priori Volumine de voto generatim. In hoc secundo, nequid suscepto deesset operi, Religiosorum vota complectitur, Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam; ita accuratè, ut in materia satis obscura nihil accuratius possis desiderare: ita religiosè, & candidè, ut Sanchez eximiam religionem, & animi immaculatum candorem, oculis etiam valeas aspicere. Potuit ineluctabile mortis imperium, tam sanctum, tam religiosum, ac doctum virum nobis eripere, & in cœli transmittere possessionem, quam ea vitæ innocentia, disciplina religiosæ observantiæ, virtutumque omnium indefessa exercitatione promeruit, quæ paucis potius indicata, quam exposita à nobis est superiori Volumine, quod primum ab ejus morte in lucem prodiit, primumque ejus laudibus locum præbuit, quas ille in vita, ceu virtutum, quarum rigidus custos erat, venenum averfatus, nusquam apud se locum habere voluit. Non poterit tamen efficere, ut ejus nomen oblivione deleatur. Immortalia sunt, quæ nobis industriæ, scientiæ, & religionis monumenta reliquit, quibus eam nominis celebritatem promeruit, quam ubique possidet, immortaliaque beneficia, quæ scribendo omnibus contulit. Testantur id, qui juri dicendo in Ecclesiasticis præsertim tribunalibus insudant. Et quam Sanchez in rebus difficilibus enodandis monstrat viam, non solum tutam tanti Auctoris approbatione judicant, sed omnino tenendam præjudicata, sine temeritate, ut temeritatem effugiant, opinione, decernunt. Qui tamen reliquo hominum generi tantum profuit, religiosiis familiis deesse non potuit. Immo, quas præcipuè amabat, præcipuo forsitan voluit demereri labore, & sui amoris excellentissimo exornare testimonio. Propterea que ultimam vitæ partem, in qua animus, ut luci vicinior immortalis; ita acutius intuetur, quæ illi comparandæ aptiora sunt, huic operi sacravit. Cygni supremam, & suaviorem vocem merito dixeris, qua mortem illam mundi, quam religiosa vita profitetur, dulcius in suprema ætate celebravit, seu potius, qua quicquid in illa vitali morte boni est, quod sane multum est, & nulla non emendum vitæ, & fortunarum jactura, jucundissimè expertus, jucundissimè prædicat. Cui operi alio-

Summa Th. Sanchez. Pars III.

a 2

quin

quin importuna mors, non interruptionem, sed opportuna approbationem attulit. Vix enim scribendi finem fecerat, & extremam illi imposuerat manum, cum ad primum in calum evocatus est. Quasi verò supremi Judicis arbitrio majorem tantum opus diligentiam, & curam non desideraret, meritorumque fuerit culmen, quibus ille exornatus ad superos abiit. Invenies verò in hoc Volumine, non solum, quæ religiosis familiis communia sunt omnibus, in votorum nuncupatione ad valorem observanda, & in solvendis religionis adimplenda: verum etiam quæ cuique, juxta peculiare suum institutum, peculiariter sunt. Qui enim omnes eximia charitate dilexit, omnibus, quantum potuit, inservire studuit. Parcendum tamen, si in his, quæ nostræ Societatis sunt, explicandis latius spatietur. Fuit enim hoc à filio præstandum matri, cujus in gremio adolevit, & consenuit, & cujus disciplinæ rationem à puero ad senectutem, mira vitæ constantia, & exemplo sequutus, cognitione etiam fuerat assequutus. Adde, quòd in plerisque à reliquis religiosis familiis suorum diligentia exornatis, & annorum ætate approbatis, non multa sunt, quæ nova indigeant commentatione. Societas verò nostra, licet sub tutela nominis JESU secunda progrediatur, novitia tamen, & minima inter reliquas est, & Hæreticorum imposturis acriter impugnatur: quapropter propugnanda fuit, & in apertam lucem proferenda, quæ insulsi cavillatores mendaciorum nebulis obsannare conantur, ut illi invidiam apud indoctos consent. Est enim hoc illi, cum ipsa virtute, ac reliquis commune religiosis familiis, ut solum illam oderint, qui non viderint, & ament omnes, qui vident. Quapropter, ut inter Hæreticos ignorantia, & nox illa, qua cæci præcipites in exitium ruunt, indoctos, & scelerum furis inflammatos animos in nos concitat: ita Catholicos doctos, & benè moratos, ipsa religionis, quam profitemur, species ob oculos proposita, excitabit ad defensionem. Tu verò, RELIGIOSE LECTOR, si quam gratiam Auctoris diligentia, & studio te debere existimas, Deo referas: referesque gratissimam, si hujus ex operis præscripto vitam instituas, vel saltem, quantum potes, eos imitere, qui illud sequuntur. Hoc enim unum Sanchez, dum vixit, omnibus persuadere exoptavit, hoc postremo, quod offerimus Volumine, & clariùs vitæ exemplo docuit. Docentem audi, & vale.

# INDEX CAPITUM, QUÆ IN HOC TOMO SECUNDO CONTINENTUR.

## LIBER QUINTUS.

### *De voto solemnii in communi, & de solemnii Castitatis.*

#### CAPUT I.

IN quo solemnitas voti consistat: & qualiter à simplici differat: & quo jure matrimonium subsequens dirimat: & utrum ex his ad veram religionis essentiam desideretur. pag. 1

#### CAPUT II.

An Pontifici integrum sit in quibuscumque votis solemnibus dispensare? 7

#### CAPUT III.

Quòd modis religionis professio fieri valeat: & quando dicatur professio tacita fieri. ibid.

#### CAPUT IV.

Ex quibus causis reddatur professio tacita irrita. 11

#### CAPUT V.

Quibus privilegiis gaudeat religionis professio: & an iis quoque gaudeant simplicia biennii vota emissa in Societate JESU. 27

#### CAPUT VI.

De voto solemnii castitatis. 36

## LIBER SEXTUS.

### *De voto solemnii Obedientiæ.*

#### CAPUT I.

QUid sub voto obedientiæ religionum comprehendatur, & quibus superioribus obliget obedire. 38

#### CAPUT II.

An votum obedientiæ obliget religiosos ad obtemperandum suis Prælati in omnibus licitis, etiam si sint præter, vel supra regulam. 42

#### CAPUT III.

Qualiter religiosus, vel quisvis alius subditus teneatur obedire, dum dubitat, an res præcepta sit illicita, aut excedens limites potestatis Prælati: aut opinatur eam esse illicitam, aut excedentem eos limites: vel dubitat, an superior habeat legitimam in illum potestatem: aut opinatur eam non habere: aut quando res præcepta est contra regulam, 49

#### CAPUT IV.

An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis suæ religionis contenta observare, & omnia à superioribus religionis legitime sibi injuncta exequi? 54

#### CAPUT V.

Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur. 66

#### CAPUT VI.

Qualiter religiosus ad Episcopatum, aut Cardinalatum, aut beneficium aliquod parochiale promotus teneatur ad vota religionis status, & ad alias observantias regulares. 68

#### CAPUT VII.

Qualiter regularibus integrum sit de una religione ad aliam migrare. 76

#### CAPUT VIII.

De pœnia apostatarum, & fugitivorum à religionis obedientia, & qualiter religiosus ab illa appellare permittatur, aut Prælatos regulares recusare. 91

#### CAPUT IX.

De religiosis à religione ejectis, ad quid obligentur, & quæ potestas sit Prælati regularibus in illos. 105

#### CAPUT X.

Qualiter novitii subiciantur præceptis regularum, & superiorum, ab ipsisque puniri valeant. 115

#### CAPUT XI.

Qualiter religiosus interdictum sit esse executores testamentorum, aut commissarios ad testamentum. 120

## INDEX CAPITUM.

<p>eum nomine committentis consociendum, absque superioris licentia. 119</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XII.</b></p> <p>Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio. 126</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIII.</b></p> <p>Quae munera obire, aut quos actus exercere in iudicio religiosus interdictum sit. 230</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIV.</b></p> <p>De aliis rebus extrajudicialibus religioso interdictis. 141</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XV.</b></p> <p>De clausura monialibus indicta quoad egressum de monasteriis. 145</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVI.</b></p> <p>De clausura monialium quoad ingressum cuiuscumque personae in earum monasteria. 155</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVII.</b></p> <p>De clausura monasteriorum virorum quoad ingressum famularum in ea. 170</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVIII.</b></p> <p>Explicantur aliqua vota peculiariter emissia in Societate JESU. 174</p>	<p style="text-align: center;"><b>CAPUT IV.</b></p> <p>An beneficia novitii vacant, aut illis renunciare valeat, conferri possint, attento iure antiquiore ante Tridentinum? 214</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT V.</b></p> <p>Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad novitios pertinentium sive donando, sive renunciando, aut aliter contrahendo, aut testando, &amp; circa renunciations beneficiorum ecclesiasticorum. 217</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT VI.</b></p> <p>De solemnitatibus aliis ultra petitas per Tridentinum ad renunciations novitiorum valorem. 227</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT VII.</b></p> <p>Quae bona comprehendantur in hac novitiorum renunciatione, &amp; quae tamquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstante ea renunciatione. 230</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT VIII.</b></p> <p>Qualiter professis interdictum sit testari. 237</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT IX.</b></p> <p>Qualiter professis habentibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos. 244</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT X.</b></p> <p>An patre professo debeatur statim legitima filiis, &amp; contra filio professo debeatur statim legitima parentibus. 249</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XI.</b></p> <p>An professo integrum sit testamentum ante professionem factum, aut divisionem factam inter liberos post professionem revocare, aut declarare? 250</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XII.</b></p> <p>Qualiter, &amp; quo iure succedat monasterium succedendi capax in bona professi, de quibus ille ante professionem non disposuerat, &amp; an ad acquirendam hereditatem monacho delatam desideretur aliqua ipsius monachi aditio? 253</p>
--	--

## LIBER SEPTIMUS.

### De voto Paupertatis.

<p style="text-align: center;"><b>CAPUT I.</b></p> <p>DE potestate, quam novitius, vel volens ingredi religionem, habet ad disponendum per viam donationis, aut renunciations de propriis bonis, attento iure antiquiori. 185</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT II.</b></p> <p>Qualiter valeant renunciations legitimae parentum, &amp; aliorum bonorum factae in Societate JESU, quando fiunt absque parentum consensu in favorem ipsius Societatis, vel cuiuscumque operis pii. 190</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT III.</b></p> <p>De facultate novitii, aut volentis ingredi religionem, ad disponendum per testamentum de suis bonis, &amp; de firmitate eius testamenti sequuta professione, &amp; quis ei ab intestato morienti succedat; &amp; haec attento iure antiquiori ante Tridentinum. 201</p>	<p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIII.</b></p> <p>Qualiter filifamilias professi peculium sive castrense, sive quasi castrense, sive adventitium, sive profectitium transeat in monasterium. 260</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIV.</b></p> <p>Qualiter transeat ad monasterium jus patronatus, jus nominandi ad emphyteusum, petenda renovacionis ejusdem, jus retractus ratione sanguinis competentia in saeculo religioso. 273</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XV.</b></p> <p>Qualiter ad monasterium transeat majoratus, feudum, emphyteusum, res cum pacto non alienandi tradita, profectitium. 276</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVI.</b></p> <p>An si gravatus, ut bona aliqua cuidam tertio restituant, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictiis, succedat monasterium in ea bona? 285</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVII.</b></p> <p>Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, ut ad eum, &amp; non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, &amp; eo se intromittente perdat legatum, &amp; an aliquid possit a superiore ita monacho concedi, ut superior ipse auferre nequeat? 298</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVIII.</b></p> <p>Quid distet inter votum simplex, &amp; solemne paupertatis, qualiter utrumque obliget, &amp; in quo consistant; &amp; an solemne impediatur dominium acquiri religiosis omnibus privatis, etiam rerum, quae unico consumuntur usu? 302</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIX.</b></p> <p>Explicatur, quae in particulari sint contra paupertatis votum, &amp; qualis licentia superioris excuset. 306</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XX.</b></p> <p>An vitium proprietatis in religioso, quo absque superioris licentia usurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, &amp; duplex culpa facriligii, ac furti, ac quibus poenis subjaceat? 322</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXI.</b></p> <p>Qualiter peccet religiosus paulatim modica aliqua accipiens, aut expendens absque superioris licentia. 324</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXII.</b></p> <p>Qualiter religiosus habere peculium aliquod,</p>
---	--

## INDEX CAPITUM.

<p>seu redditus, ex licentia superioris licentia. 328</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXIII.</b></p> <p>Qualiter peccent Praelati religionum dantes peculio habendo causam, plures admittendo, quam qui ex redditibus monasterii, ac consuetis elemosynis sustentari valent. 332</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXIV.</b></p> <p>An religiosus integrum sit ex elemosynis emendicatis vivere, an potius labori corporali teneatur incumbere, quo victum sibi comparent? 333</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXV.</b></p> <p>Qualiter religio, aut religiosus ipse, estis ordinis Minorum sit, capax sit hereditariae successions ex testamento, vel ab intestato. 334</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXVI.</b></p> <p>Qualiter religio ipsa, aut religiosus, estis ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit. 345</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXVII.</b></p> <p>De paupertate Societatis JESU, &amp; an possit illa, ejusque religiosi heredes, aut legatarii institui; &amp; quae sint huic paupertati peculiaris? 345</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXVIII.</b></p> <p>In quibus ministeriis interdictum sit Societati JESU stipendium accipere, &amp; an id accipere adverteretur voto paupertatis. 349</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXIX.</b></p> <p>Qualiter regularis capax sit beneficii, aut pensionis, &amp; qualiter beneficia vacant, pensionesque extinguantur religionis professione. 355</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXX.</b></p> <p>An si religiosus acceptet absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuat alii quam pauperi designato, sit reus voti paupertatis? 374</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXXI.</b></p> <p>Qualiter monasterium ex contractu, aut delicto religiosi obligetur, &amp; qualiter ii contractus sint prorsus irriti, nec ipsemet religiosus ex illis teneatur. 377</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXXII.</b></p> <p>Quando religiosus transiit licite ab una religione in alteram, vel ad Episcopatum, aut ad aliud beneficium, ad quem pertineant bona, quae prius acquirerat, vel in posterum acquireret. 382</p>	<p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIII.</b></p> <p>Qualiter filifamilias professi peculium sive castrense, sive quasi castrense, sive adventitium, sive profectitium transeat in monasterium. 260</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIV.</b></p> <p>Qualiter transeat ad monasterium jus patronatus, jus nominandi ad emphyteusum, petenda renovacionis ejusdem, jus retractus ratione sanguinis competentia in saeculo religioso. 273</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XV.</b></p> <p>Qualiter ad monasterium transeat majoratus, feudum, emphyteusum, res cum pacto non alienandi tradita, profectitium. 276</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVI.</b></p> <p>An si gravatus, ut bona aliqua cuidam tertio restituant, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictiis, succedat monasterium in ea bona? 285</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVII.</b></p> <p>Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, ut ad eum, &amp; non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, &amp; eo se intromittente perdat legatum, &amp; an aliquid possit a superiore ita monacho concedi, ut superior ipse auferre nequeat? 298</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XVIII.</b></p> <p>Quid distet inter votum simplex, &amp; solemne paupertatis, qualiter utrumque obliget, &amp; in quo consistant; &amp; an solemne impediatur dominium acquiri religiosis omnibus privatis, etiam rerum, quae unico consumuntur usu? 302</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XIX.</b></p> <p>Explicatur, quae in particulari sint contra paupertatis votum, &amp; qualis licentia superioris excuset. 306</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XX.</b></p> <p>An vitium proprietatis in religioso, quo absque superioris licentia usurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, &amp; duplex culpa facriligii, ac furti, ac quibus poenis subjaceat? 322</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXI.</b></p> <p>Qualiter peccet religiosus paulatim modica aliqua accipiens, aut expendens absque superioris licentia. 324</p> <p style="text-align: center;"><b>CAPUT XXII.</b></p> <p>Qualiter religiosus habere peculium aliquod,</p>
--	--

INDEX CAPITUM.

CAPUT XXXIII.

CAPUT XXXIV.

Cui acquirant religiosi, à potestate, vel à religione eiekti, sive transferint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, sive non, 392

Cui acquirant conversi, & oblato, ac fratre Xenodochii Joannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profectum inducti, 391

Finis Indicis Capitem.



LI



LIBER QUINTUS DE VOTO SOLEMNI IN COMMUNI, ET DE SOLEMNI CASTITATIS.

CAPUT PRIMUM.

In quo solemnitas voti consistat: & qualiter à simplici differat; & quo jure matrimonium subsequens dirimat: & utrum ex his ad verè religionis essentiam desideretur.

SUMMARIUM.

Quos questiones disputanda sint, n. 1. An stando in jure naturali differat votum simplex, & solemne, & differant specie: & in quo utriusque essentia consistat: & quo jure per solemne dirimatur matrimonium sequens? Responsum varia sententia? a n. 2. usque ad 5. Explicatur sententia Auctoris circa hæc: & an eodem modo obliget utrumque, ac votum solemne sit ens per accidens? a n. 6. usque ad 9. An solemne paupertatis votum reddat jure natura vouentem incapacem dominii acquirendi, & illius transferendi? eodem n. 9. Post n. 9. invenies alia summaria.



AGNUS de voto simplicis obligatione agimus: jam de voto solemni agendum est. Et primò quidem in genere: deinde autem de singulis solemnitatibus obedientiæ, paupertatis, & castitatis votis agemus. Triplex ergo quæstio in hoc capite disputanda est. Prima, an sit aliquid discrimen stando in solo jure naturæ inter votum solemne, & simplex: & quo jure per solemne dirimatur matrimonium subsequens? Secunda, an sit totum discrimen sit ex jure ecclesiastico, in quo illud consistat? Ultima, an ad veram religionis essentiam professio solemnis desideretur?

3 Quæstio prima. An secluso jure ecclesiastico, & stando in solo jure naturæ, sit aliquid discriminis inter votum simplex, & solemne: an potius tota voti solemnis ratio, & differentia à simplici sit ex iplo jure ecclesiastico: & quo jure per votum solemne dirimatur matrimonium subsequens? Triplex est sententia. Prima ait; essentiam voti solemnis consistere in quadam benedictione. Hanc retulimus, & impugnavimus lib. 7. de matrimonio, disput. 25. num. 1.

3 Secunda sententia sustinet, essentiam voti solemnis consistere in actuali dominii sui ipsius traditione in manus Dei, ac Prælatorum vices Dei gerentium, ipsiusque nomine eam acceptantium: ac proinde differre essentialiter, & iplo jure naturæ attentò, à voto simplici: quod in hoc aut nulla sit traditio: aut quando promittitur aliquid, quod in futurum tempore conferetur, ut est votum ingressus religionis: aut si sit traditio, ut contingit in simplici castitatis voto, est imperfecta, nec domino sui corporis vouentem spolians, sed licito usu solo. At in voto religionis solemni est perfectissima traditio à superioribus nomine Dei acceptata, abdicans omne vouentis dominium, & transferens illud

Summ. Th. Sanchez Pars III.

perfectè in Deum, & superiores nomine Dei acceptantes: ita ut Deus sit jam dominus ejus, non tantum tanquam causa universalis, quale caterarum rerum dominium habet, sed comparet speciale hujus personæ dominium, quod ipsa antea habebat in seipsum tanquam peculiari personâ, ac suorum actuum domina: ac proinde reddatur incapax per se, & ex natura rei transferendi in alterum sui dominium. Quare sicut iplo naturæ jure differant sponsalia, & matrimonium, quod illa sint futurarum nuptiarum promissio, nec dominium sui corporis à sponsis auferant; hoc autem perfectissima traditio, privans omnino corporis dominio conjuges ipsos: sic naturæ jure eadem differentia est inter votum simplex, & solemne. Quomobrem juxta hanc sententiam, sicut matrimonii essentia perfectè, & integrè, jure iplo naturali consistit in corporis traditione, per alterum conjugem acceptata: solemnitates autem, quas Ecclesia postulat, ut valida sit ea traditio, sunt ex jure ecclesiastico, & conditiones, sine quibus non matrimonii essentia consisteret, ut celebrari coram parochio, & testibus, in tali ætate, &c. Ita voti solemnis professionis essentia est integra, & perfectè ex iplo naturæ jure, consentiens in prædicta traditione: circumstantiæ autem ab Ecclesia præceptæ ad illius traditionis valorem, sunt accidentales, & conditiones sine quibus non; sicut professionem emitti in religione approbata, in ætate determinata, transacto novitiatus anno, &c. Et sic explicat hæc sententia decretum Bonifacii VIII. c. unico, de voto, in 6. dicentis solemnitatem voti esse ex Ecclesiæ constitutione, ut intelligatur de solemnitatis extrinseca, & accidentali. Auctores hujus sententiæ, & ejus fundamenta retulimus l. 7. de matrim. disput. 25. à n. 7. usque ad 20.

4 Hinc deducit hæc sententia, non tanti vinculi esse ex ipsa rei natura votum simplex, quanti est solemne, & utrumque specie differre. Cujus rationem, & auctores retulimus ad. disput. 25. n. 18. & 19.

5 Secundo, deducit hæc sententia, solemne professionis votum ex vi sua, ac jure naturali, argue secluso quocumque ecclesiastico, vim sortiri matrimonii postea initi cassandi. Sicut matrimonium reddit iplo jure naturæ irritum quocumque aliud matrimonium initum iplo stante. Putatque hæc sententia hoc modo intelligendum decretum Syriaci Pontificis epistola 1. c. 6. quod refertur c. si quis sacro, in n. 27. g. 1. dicentis, contrahentes matrimonium post solemne religionis votum, separandos esse verbo Domini, & auctoritate canonica. Et decretum Tridentini sess. 24. de matrim. can. 9. anathematizat dicentes matrimonium in sacris ordinibus constitutum, aut professum, valere non obstante constitutione ecclesiastica, & voto. Ubi lex ecclesiastica refertur ad ordines, votum autem ad professionem, quasi ex vi hujus voti matrimonium postea initum dirimatur. Auctores hujus sententiæ, ejusque fundamenta retulimus lib. 7. de matrimonio disputat. 26. num. 4. ubi num. 3. retulimus aham dicentem, id habere ex solo jure diuino positivo. Et quamvis hi Doctores non agant de solemni paupertatis voto: at juxta suam sententiam debent consequenter dicere, jure naturali reddi per illud vouentem incapacem dominii acquirendi, ac illud in alterum transferendi.

6 At sententia, quam verissimam puto, ait, solemne pro-